Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36449
Copyright: Melk, Benediktinerstift

Leuitatem et uanitatem nostram hodie co-
probare. Probus dixit Quomodo? Appol-
lio respondit. Leues et uani isti sunt qui relicto
creatore suo. vris superstitionibus acquiescunt.
Ceterum deuoti et constantes probantur qui
in fide regis eterni mandataque legerit.
etiam tormenta prohibentibus implere
contendunt. Probus prefectus dixit. Que
mandata legendo. uel cuius regis? Ap-
pollio dixit. Christi regis pia et sancta man-
data. Probus dixit. Que? Appollio respondit.
Que unum deum intelligibilis indicant tonantem.
que non posse dici deos ligna et lapides
salutifera ammonitione testantur. que
corrigunt innoxios. et emendant in-
nocentes in proposito sui perseverancia et ob-
seruacione. corroborantque uirgines
integritatis sue decent obtinere fasti-
gia. Coniuges pudicicia in creandis fili-
is consciencia custodire. que dominos seruis
plus pietate quam furore persuadent suum
condicionis contemplacione dominari. que ser-
uos hortantur debitam fidem dominis plus
amore quam timore persoluere. que docent
regibus iusta precipientibus obedire. subli-
mioribus potestatibus bona obtemperare cum
iusserint que precipiunt. parentibus hono-
rem. amicis uicem. inimicis ueniam.
affectum ciuibus. hospitibus humanitatem.
pauperibus misericordiam. caritatem cunctis. malum
nemini reddere. illatas iniurias patienter
sufferre. omnino nullis suis bonis cedere.
aliena nec oculorum quidem delectacione
conspicere. in perpetuum esse victurum. qui
pro fide momentaneam mortem quam uos
potestis inferre contempserint. Hec
si displicet. optime cognitor tuo iudici-
o poteris derogare. Probus prefectus dixit.
Et quid prodest si homo interfectus hac
luce careat. et bona corporis sui uniuersa
deperdat? Beatus appollio respondit. Quia
huic uite breui melior est lux illa per-
petua. et dulciora sunt que permanent quam
que pereunt. bona est hec prudencia. cadu-
cas post ponere sempiterna. Probus prefectus
dixit Quid statis? Facite quod iusserunt im-
peratores. Sanctus appollio respondit. Quid? Probus
dixit. Ut sacrifices. Beatus appollio respondit.
Ego hoc non sum facturus. quia scriptum est.
Sacrificans demonibus et non deo. era-
dicabitur. Probus dixit. Gladio ferieris.
si non sacrificaueris. Sanctus appollio respondit. Fac
quod tibi preceptum est. me autem oportet e-
piscoporum presbiterorum omnium patrum nostrorum
quorum doctrinis imbutus sum sequi veri-
tatem et tota uestigia. Unde et omnia
que inferre uolueris. tota exultacione
suscipio. Probus prefectus dixit. Date sen-
tenciam. ut flammis comburatur. Mox rap-
tus a ministris diaboli deductus decimo
miliario longe a ciuitate. agonem suum
laudans et benedicens et glorificans dominum
impleuit martirium suum intrepidus. Cuius
venerabilem passionem. sed et sancti episcopi eiusdem
ciuitatis eusebii. ante plurimos annos
eadem die martirium celestem promouit
ad gloriam. quam hodie cum gaudio cele-
brantes omnes christiani letantur. glorifican-
tes dominum. Hec autem acta sunt in ciuitate
tiualicana die vi kl maiarum sub diocle-
ciano imperatore. Regnante vero domino
nostro ihesu christo. cui est uirtus et honor et gloria
in secula seculorum Amen. Item hospicii
confessoris

Ex Greg. Turon.

In diebus illis aliquanti ex ducibus longobardorum
cum ualido exercitu gallias
ingreditur. horum aduentum
uir hospicius. qui apud niceam
erat inclusus. sancto sibi reue-
lante spiritu longe ante preuidit. eiusdem